apud altenburgiū cognita tāte rei nouitate cla
mor exorit᷑ attōiti oppidiāi rapti arma ꝯpeſcūt
⁊ precioſaꝫ vēdicaturi ꝑdā ꝑcipiti curſu predo-
nis veſtigia inſectant᷑. ſiluaꝫ ingreſſis fortuna
blandit᷑. q̄ inter multos tramites eū teneri ſua-
ſit q̄ recta duxit ad carbonariū ibi cōradꝰ dum
puero cibū miniſtrat ex improuiſo capit᷑ ⁊ ob
latꝰ principi audaciſſimi ſceleris capite penas
ſoluit. Fridericꝰ eodē pene nūcio q̄ captos atqꝫ
abductos filios audiuerat recuperatos ⁊ ad do
mū reductos didicit. Saxonie ducibus parua
vere ſaxonie portio paret. ¶ Sūt eñ in ea pro
uincia multi alij ꝑncipes. multe ciuitates q̄ vo-
cant᷑ impiales. multi epī ꝓpriū territoriuꝫ hñ-
tes. Miſna vero ⁊ thuringie maior ꝑs ⁊ lauſa-
cie ⁊ franconie pleriqꝫ oppida his ducibus pa-
rent. Jus aūt eligēdi romanū impatorē ſaxōie
ducibꝰ ex ꝑuo q̄dā pricipatu cōpetere aſſerunt
inter miſnā ſleſiāqꝫ iacēte. cuiꝰ caput oppidum
eſt witteberg vulgariter. id ē mōs albꝰ. Jn ſax-
onia argēti mineras apud Goſlariā otto pmꝰ
impator inuenit q̄rum magni fuerūt redditus.
ibi ⁊ palaciū nobilis opis edificatū. habet ⁊ fō
tes amaros ſaxonia ex q̄bꝰ ſal coq̄tur albuꝫ qḋ
ad vicinas gētes defert᷑. Saline vberrime atqꝫ
ditiſſime apud luneburgiū habent᷑ ex q̄bꝰ mul
ti monaſterioꝝ abbates ⁊ multi ecclīaꝝ prelati
vitā ducere cōſueuerūt. Fuit enim queſtus ſalis
vberrimꝰ has ſalinas luneburgenſes violenter
vſurpauere. Ob quam rem ⁊ a nicolao ponti-
fice maxime. ⁊ a friderico imperatore auguſto
damnati ſunt. Conſolatus qui eius rei auctor
habebatur auctoritate aplīca deiectus eſt. Sed
fauore Bernhardi ducis Brunſuicenſis paulo-
poſtea in pſtinū ſtatū rediit. ⁊ q̄ nouiter conſu
latū adierant in carcerē ꝯiciunt᷑. ciuitati rebelli
⁊ ecclīaſticoꝝ bonorum rapaci ſacris interdictū
eſt. non tamē deſunt qui rem diuinā apud eos
faciāt. Tantꝰ eſt euo noſtro ⁊ in pplo ⁊ in clero
auctoritatꝫ eccliaſtice ꝯtemptꝰ. Eſt i Marchia
Brandeburgenſi nō magni nois ciuitas aq̄s cir
cūdata quā Hauelburg vocāt in eiꝰ dyoceſis lo
co aſꝑo ⁊ deſerto ꝑuū oppidū eſt nomie Welſ
nach. h̄ tres hoſtie habent᷑ ex q̄s cruorē ſua ſpō
te manaſſe tradūt. Ob eam rem magnꝰ pplo
rum ꝯcurſus eſt ⁊ nautaꝝ vota h̄ ſoluunt᷑. Vul
go locū ad ſanctū cruorē vocant. Exceſſimꝰ ſcri
bendi modū ſaxonie ciuitates nomiatim cōme
morātes. id fecimꝰ. q̄r veteres ſcꝑtores ꝑciſſime
de germania locuti ſunt ⁊ tanq̄ꝫ extra orbē ea na
tio iaceret. ſomniātes q̄dāmō res germanicas
attingunt. ob eam rem dabit᷑ mihi venia fortaſ
ſe ⁊ aliq̄s grām habebit ſi germāicas diſtribuē
tes ꝓuincias vt res oculis ſubiiciamꝰ paulo ꝓ-
lixiores fuerimꝰ ꝓpoſiti noſtri metas egreſſi

De dania vel dacia

Hoc loco q̄m ſaxonie Dania iungit᷑.
Priuſq̄ꝫ germanie reliq̄s ꝑtes abſol-
uo de ipo danie regno viciniſqꝫ regi
onibꝰ in aq̄lonē verſis aliq̄ referre inſtitui non
indigna cognitu. tria ſunt in ſeptentrionē ver-
gentia regna ſibi inuicē coherentia. danoꝝ qḋ
hodie daciā appellāt. ſuecioꝝ ⁊ norwegiorum.
¶ Dania ſiue dacia dicere volumꝰ ꝯſuetudi-
ni ſeruientes germanie portio eſt cheroneſi ha
bens formā. hāc q̄ndam Cimbri habuere. vñ
illa inūdatio barbaraꝝ emerſit quā mariꝰ ar
pinas ytaliā petentē ac res romanas euerte-
re minitātē ad internitōꝫ deleuit. Poſſidonius.
(vt Strabo refert) ꝯiecturā facit. qḋ cymbri la
trocinādo in certis errabūdi ſedibꝰ ad paludeꝫ
vſqꝫ meothym militiā agitarit. ab eis eñ Cy-
meriū vocari boſphoꝝ arbitrabat᷑ q̄ſi cymbri
cum eum grecorum lingua cymereos cymbros
nominent.

De Suecia

Suecia cincta vndiqꝫ mari plures con
tinet inſulas. in q̄s eſt ſcandania apḋ
veteres late memorabilis hinc quoqꝫ
populoꝝ innumerabilis multitudo egreſſa om-
neꝫ olī europā armoꝝ turbine ac ꝓcella inuol-
uit. nā gothas q̄ hunos bello vincere pānoniā.
miſiā. macedoniā ⁊ omnem illiridem occupa-
uere. germaniam ytaliam ⁊ galliam vaſtaue-
re ⁊ demū in hiſpania cōſedere hinc fuit origo.

De Norwegia

Norwegia q̄ de ipo ſeptentrione ſortita
eſt nomen cōtinenti ꝑ ruthenos iungi
tur ⁊ in arcton protenſa incognite ter
re ſeu ſtricto glacie occeano vt pleriqꝫ fabulan-
tur cōtermina eſt. ad oriētis partē ac meridiem
baltheo mari alluit᷑. ad occidētē brittanicꝰ fi-
nit occeanꝰ. Daciā theutones hodie danoꝝ ap
pellāt marchiaꝫ. cuiꝰ lingua germanis icogni-
ta ē. Ex norwegia veniſſe putāt q̄ cimbroꝝ occu
pauerit loca. Jn hac terra patrū noſtroꝝ me-
moria voldimarius regnauit in ſuecia. magnꝰ
aquiꝰ i norwegia quē ferūt diuinū fuiſſe homi
nē miro ꝓuincialiū amore atqꝫ obſeq̄o cultū huic

coniunx margaretha fuit. Vladimari filia ex q̄
natus olaus patri ſuccedens breui tpe vita fū
ctus regnū matri reliqt. ea ꝛ paternum adepta
eſt extincto voldimaro. At magno in ſuetia ho
minē extīcte albert⁹ dux napolenſis vocatu po
puli dyadema ſuſcepit. Qui dñatū vicine femi
ne ↄtemnens bello daciā norwegiamq̄ laceſſe
re cepit. occurrit ei margaretha coactis copijs ī
campis late patentib⁹ pugnatū eſt tanq̄ ipſa
viri femīe aīm induiſſet. victus albert⁹ captuſ
q̄ ꝛ in triumphū ductus regnū amiſit. dimiſ
ſus tandem infame ſeniū in paterna domo fi
niuit. Margaretha clariſſima mulier trib⁹ im
perauit annis ad ſenectutē vſq̄ magnifice ꝛ re
ligioſe ſubditos gubernauit. Demū ſenio cōfe
cta cum tm̄ per ſe ferre neq̄ret impium heinri
cum Pomeranie ducem. xiiij. annos natum ſi
bi filiū adoptauit regnaq̄ illi cōmiſit. ꝛ phi
lippam regis anglie filiā dedit vxorem. Js cū
cōiuge ſine prole defuncta) nubere vlterius nol
let. iamq̄ q̄nq̄ ꝛ q̄nquaginta regnaſſ; ānos
ad extremū ſub impio friderici populari tuml
tu ex regio ſolo deturbatus eſt. Et criſtofer⁹ ba
uarie dux ſibi ex ſorore nepos in eius locū ſuffe
ctus q̄ auūculū ſuū. x. ānis q̄b⁹ ipē regnauit in
inſula gothica regnare pmiſit. Criſtofero autē
ex hūanis abeūte. dacie ac norwegie coronā cri
ſtigerus accepit. Sueci v̄o in electōe reg̃ diſcor
dātes alij carolū equeſtri dignitate inſignē. alij
canutū ei⁹ frēz natu miorē regno p̄ficiūt. Pēdēte
adhuc electōis negocio Carol⁹ imiſſis militib⁹
ſcoltonie qd̄ hodie ſtockhalm oppidū clā occu
pat. ī q̄ regia ſedes habet. Canut⁹ p amicos ar
cē inuadit. hic bellū inter frēs ortū ꝛ pugñ diu an
ceps. occiſis vtrīq̄ plib⁹ ea demū lege iducie pa
cte vt ptās eligēdi rēgē excluſa nobilitate plebi
fieret. in q̄ cū Carol⁹ ḡtioſior eēt maieſtas re
gni ad eū defert. Canut⁹ p̄uatā vitā degit. Ca
rolus v̄o nouo regno tumid⁹ atq̄ inſolēs arma
tis nauib⁹ heinricū etatē ↄfectū. nulli nociū ſibi
ipī vinctē e gothia ꝓpulſauit. q̄ etiā hodie ī hu
manis agēs apd̄ pomerāos (vñ illi origo fuit)
p̄uo ↄtēt⁹ vitā agere fert. q̄z ſint icerta morta
lia ꝛ q̄z inuida ſuo exēplo docēt. q̄ trib⁹ potētiſſi
mis regnis erut⁹ nec p̄uā iſulā in q̄. x. ānis delitu
erat vſq̄ ad mortē reti. ē potuit. etate pleiſſim⁹
Sz neq̄ Carolo ſcelera ſua ipunita fuere q̄ dū
xp̄i ecclias pſequit̄. religionē ↄtēnit. ſacerdotes
diſpoliat. feſtos dies obſeruare p̄hibet. iura di
uina ꝛ hūana a Johe bn̄dicti filio vpſalēſiū p̄
ſulē viro cordato ꝛ ipigro. a q̄ nobilitas regni
excitata ē magno p̄lio ſupat⁹ ac regno ꝓpulſuſ
in parua inſula non longe ab oſtio viſtulle ꝓpe
pruſſiam exilium agit. Criſtigerus in locū ei⁹
aſſumptus pietate ac iuſticia melior. Jterum
voro tria regna noſtro tempore in vnum rede
git. cui ꝛ Gothia paret. gothorum quondam
ſedes ꝛ patria.

Bohemia